

non secus, qui insipienti, et indigno honorem tribuit, saepe numero accidit, ut dum se illi obsequium, et honorem prestare putat, non modicum damnum inferat, quippe qui non semel in messem alienam manus infertens, quandoque brachium iustitiae humano favori infertens, ac tandem in istum plerumque faciens, imperitiam, et improbitatem suam pariter ostendat, unde opus est, ut honoris sui non exiguam, ac contemendam laetamur patiatur. Accidit certe his, quod contigit corvum, quem, cum viderit vulpes, ut refert Apuleius (*libro de Socrate*), frustum carnis rostro tenuerit, cupiens, ut praedam e rostro demitteret, dixit ei: nullo melius te canit cygnus. Tunc ipse volens cygno praeferrere, coepit canere, ut saeviores tantum suum comprobaret. Ad contra eventum, quia rancia voce cecinit, et praedam, quam rostro gestabat, amisit. Non secus accidit eis, qui aliis in dignitate, officio, et honore a seipso cupiunt, qui postquam voti compotes facti sunt, cum prudentia careant, non modo nihil honoris sibi comparant, sed magnam illius laetamur faciunt, dum imperitia eorum antea ignota palam omnibus fit: adeo ut eadem prosum via, qua apud omnes honorem, ac nominis celebratam ancipiti contendebant, eadem procul dubio maximam detectoris, et ignominiae notam incurrant. Ex praemis igitur cum conclusionem vellem praeremimus, quam Christus nos docuit: secum enim dicens ad montem Thabor tres illos suos discipulos, vitae integritate aliis instigatores, bonae electionis normam dedit, ut ad officia, ac reipublicae munia subeunda semper digniores, aptioresque ad gubernandum praeficerentur, ut antiquitus apud Romanos in more positum fuisse legitimus: nam ut refert Trebellius (*de geste Rom.*), cum ad Romani Consulatus electionem accederetur, antiquiores, ac prudentiores Senatores, ut Valerianus eligeretur, unanimi consensu suffragati sunt, ea sola persuasi ratione, ut ipsi attestati sunt, *Quia Valerianus omnibus melior, Valerianus modestus, prudens, gravis, tyrannorum hostis, et victorum multo magis.* Atque hinc est, quod huic bono regimini insistentes Romani, duo illa solemnia templa, virtutis scilicet, et honoris erigentes, ita ea fabricarunt, ut ad honoris templum ingredi volentes, per virtutis templum transeundum ei esset, ut tradit Ioannes Roffensis, significantes per hoc, honores, et dignitates non nisi dignis, et benemeritis ab electoribus concedendas esse. Nec ignorabat huic rei veritatem Aristoteles (*lib. Politic. 6*) dum dixit: *Pravos facere dominos non est securum, quia ipsi magis indigent custodia aliorum, quam possint alios custodire.* Verum ad huiusmodi veritatis confirmationem non humanis indigemus monumentis, cum divina ad hanc rem comprobendam non paucis suppetant. In primis arbor illa, quam vidit Daniel foliis abundantem cum summitate altissimam: in cuius altioribus ramis aves morabantur, sub umbra vero animalia terrae: manifeste nos edocet, optimam reipublicae compositionem cum esse, in qua viri litterati, qui alius vel volucres coeli evolvant, scientiaque, et prudentia conspicui sunt, ad reipublicae gu-

bernacula tenenda, in sublimiori, ac eminentiori dignitatum loco collocantur, imperitiam autem atque ignari, et qui veluti per dispensationem duobus pedibus incedunt, qui aliquando inter quadrupedia computari merebantur, in inferiori, indimoque loco permanent. Etenim quemadmodum indecorum esset, si arboris illius ordo inverteretur, ut videlicet terrestria animalia in eminentioribus eius ramis, aves vero in terra sub illius umbra degerent; ita etiam non dispari ratione inordinata reipublicae compositio est, pravum atque execrandum regimen, ut ignari, atque imperitii sublimentur; perdocti vero, et doctrina insignes despiciantur. Hoc ipsum malum Sapiens deplorabat, dicens (*Ecc. 10*): *Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egressus a facie principis, stultum in dignitate sublimi, et divites sedere dorsum; vidi servos in equis, et principes ambulare super terram,* etc. quasi diceret: vidi malum execrabile, valde mundum inversum, stellas in terris facientes, et animalia in caelis habitanda; vidi mancipia quilitantia, principes vero pedes: litteratos sine dignitate, idiotas ad fastigium eius erectos; illos abiectos, hos sublimes: illos pauperes, hos divites affluentes. Huc etiam facit illud (*Iosue c. 4*) cui Dominus dixit: *Elige duodecim viros, singulos per singulas tribus, et praecipe eis, ut tollant de medio Iordanis alveo, ubi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides.* Quid est quaeso, quod Dominus ad tollendos lapides e fluvio viros electos voluit, cum ad id rusticissimi quique idonei esse cognoscantur? Nobis hic Deus significare voluit, in reipublica, populoque suo ad quodlibet illius munus obeundum, viros non quoscunque, sed idoneos eligendos esse: quemadmodum et Apostolus testatur nobis s. Lucas fecisse, qui ad rectorio inseriendum septem elegere diaconos, viros insignes, quamvis aliquo officium illud humile erat, neque scientiam aliquam exigebat. Si igitur ad cibum in mensa subministrandum viri idonei electi fuere; quid scientiae, quid peritiae, quid prudentiae, et maturitatis ad reipublicae gubernacula tenenda opus erit? Unde illud inter alia Pythagorae difficultatem in bonis electionibus faciendis agnoscentis notandum est praecceptum: *A fabis abstineo.* Alludit ad antiquum eorum morem, et nunc etiam viget, qui fabis nigris, et candidis approbantes, vel reprobantes electiones faciebant. Marcus Varro hoc Pythagorae praecceptum egregie in hunc modum exponit. Ait fabarum flores quibusdam maculis nigris tinctos esse, graecos characteres referentes, ex quibus haec vox, *luctus*, coalescit: unde cum Pythagoras dixit: *A fabis abstineo:* perinde facit, ac si diceret: electoris etiam imperii munus fuge: etenim sub electionis grato flore luctus latet ingratus, quippe si hominibus places, Deo displices, iuxta illud d. Pauli (*Gal. 1*): *Si hominibus placerem, servus Dei non essem:* et si Deo placueris, hominibus displicebis, et inimicos non paucos tibi reddes, ut idem d. Paulus dixit (*Gal. 4*): *Inimicus factus sum vobis, reverit dicens:* *undeque ergo luctus adest.* At quia multi ab electionibus faciendis minime se abstinere pos-

sant, nec debent, ut principes, et alii reipublicae magistratus, ut eligendi numero recte fungantur, id esse servandum est, quod in officina monetam cunctandium non semel ego observavi, qui prius ponderabant auri quantitatem, et secundam ponderum modum, et figuram ei imprimebant: aurei simplici simplici figuram, duplici vero duplicis imaginem dabant: itaque prius pondus observabant, postea vero iuxta ponderis quantitatem hanc vel illam figuram imprimebant: ita quoque in electionibus dignitatum, atque officiorum reipublicae faciendum est, quippe ante omnia, merita perpendenda, ac trutinanda sunt; postea autem hic in Praetorem, ille in regem, Auditorem eligatur: hic alius Ecclesiae praeficitur: illi regem reipublicae committatur: alii vero, qui in saecula ponderis minus habere inventi sunt, in minoribus constituantur, ut si cuncta talenti quantitatem officia deferantur; alioquin innoctura damna erumpent tam reipublicae, quam electis, et electoribus. Ad quae vitanda electores imitari Christum, Dominum oportet, qui tamquam magis benemeritos, atque digniores praeferebat esse duxit ad consecrandum se cum in montem Thabor, Petrum, Ioannem, et Iacobum, ut pariter cum illo mira transfigurationis claritate potirentur; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Ostenditur in eo, quod Christus Dominus ex multis discipulis tres solos elegerit, ut transfigurationis gloria potirentur, paucitatem salvandorum, et multitudinem reproborum designasse; pariterque aperitur, ex parte nostrae praedestinationis nullam causam, reprobationis vero iuxta multorum doctorum sententiam peccatum existere, in illa verba: Assumpsit Petrum, et Ioannem, et Iacobum.

Subnixo gravissimis d. Ambrosii verbis, de altissimo illo praedestinationis mysterio, concionatoris terminos minime transiens, opportuno loco sermonem instituit: quippe magnus iste Pater (*in cap. 9. sancti Lucae*), loquens de transfiguratione Christi, ait: *In eo quod Dominus paucos secum delitit ad intendendam gloriam transfigurationis, paucos ostendit esse eos, qui caelestem gloriam sunt adepturi.* Huic igitur divi Ambrosii insigni testimonio haerens, de praedestinatione, ac reprobatione, non ad intellectum tam gravis argumenti subtilitate demulcendum, sed ad volentem potius informandum, et pravos mores coercendos dirigam orationem. Inter ceteras ad vitandum extremum appetitum piis cogitationes, illa, quae inaequales praedestinationis, et reprobationis sortes, gloriae deliciarum, aut inferni flammarum aegritudinem in memoriam revocat, omn-

nium potentissima est. Eius utilitatem plane cognovisse mihi videtur David, cum dixit (*Psal. 67*): *Si dormiatis inter medios ceteros, pennae columbae deargentatae, et posteriora dorsus eius in pallore curi.* Locus iste adeo difficilis est intellectus, ut doctissimus ille Genebrardus (*in Ps. 67*), ingeniorum crucem, ac martyrum appellavit; *Locus, de quo tanquam de cruce penderunt omnium regna.* Verum, ut alias plurimas expositiones silentio praeteream, duas tantummodo recensere. Quarum prima est eiusdem Genebrardi: *Si dormiatis inter medios ceteros, inter medias sortes, inter praesentissima pericula; si vos adeo allicietis, si adeo vitae, et capite pericula videritis, ut velut in bello capiti, super quibus sors per milites iacitur, etius hic, vel ille esse debeat, ut Aristides Empedocli dicebat: *Una super omnibus sors iacebat corporibus, vitae, pecuniae: tunc adeo sereno, ac placido vultu, eritis, sicut columba, quae etiam itaque innodata, alias candidas, extremitatesque penarum aereas retinet, quibus solaribus exposita radiis, coloribus variis rutilans, intuentium oculos exhibuit.* Cuius explanationi assensit etiam Felix, dum interpretatur: *Si dormiatis inter medias sortes, inter medios faeces:* quia et ipsam originale Hebraicum dicit: *Si dormiatis inter medios lebetes, inter medios tripodes, inter medios caecatos, et ollas;* hoc est, si inimici vestri in captivitate vos adeo male, acereque excipiant, ut ad coquinae abiectionis munia obeunda vos destinent, atque inter ollas, et frigoria, aut sartagine dormire iubeant; tunc vultum elegantem, et formam velat columbae candidas, aureisque virtutum pennis fulgentem ostenditis. Verum nostro instituto, secunda explicatio accommodatissima est, supposito quod chrus idem est, quod sors, ut exponit divus Augustinus (*in Psal. 107*): *Si dormiatis inter medias sortes, similes eritis columbae, argentis aureisque pennis ornatae.* Dormire hic significat meditari, et diu cogitare. Unde tritus est loquendi modus, et praecipue apud Hispanos, cum de re aliqua seria, et consideratione digna agitur, dicere: *Dormiam prius, quam super re haec deliberem,* quod idem omnino est, ac si diceretur: *Mature hoc pensabo.* Dicit igitur David, si attente meditaremini duas illas praedestinationis, et reprobationis, gloriae, aut poenae aeternae, inaequales sortes, electi velut columbae sine felle; et aliae affectuum vestrorum pura erunt sicut argentum examinatum, extrema vitae vestrae auro charitatis deaurata prodibunt. Assida igitur praedestinationis, ac reprobationis cogitatio, ac inaequalium harum sortium sedula consideratio mirum in modum proficua est. Unde Deus eam ad memoriam prophetae Hieremiae reduxit sub egregia illa calathorum ficis plerumque meliorum, quos in contemplationem raptus intuitus fuit: *Quid tu vides Hieremia? Respondit illi: Domine calathes ficis plenas, sed dispares inter se valde: unus continet ficus bonas, bonas valde; alter vero malas, malas valde; unus continet ficus suaves, sapidas, bonas, ac optimas; alter autem ficus amaras, inspidas, malas, atque pessimas. Haec sunt istae duae sortes praedestinationis, et re-**

probationis, de quibus proculdubio ibi ad litteram loquitur Hieremias. Statim subnecti, loquens de praedestinatiis: *Et erunt mihi in populum, et ego eis in Deum;* et de reprobis: *Mittam in eis gladium, et famem, donec consumantur de terra.* Et Christus ad duos illos calathos ficum alladens, meminit de duabus ficis, una optima, altera autem pessima; una quae olitoris beneficio, et industria exulta fructus suo tempore producebat, quae praedestinos adumbrabat, qui divinae gratiae favore suffulti, et industria liberi arbitrii cooperantes fructus ferunt in tempore suo; altera, quam uti sterilem, et infocundam adeo, ut nihil praeter frondes, ac folia ferret, maledixit Christus Dominus; quae ad vivum reprobos exprimebat, in tremenda illa extremi iudicii die audituros vocem illam supremi iudicis (Matth. 13): *Ita maledicti in ignem aeternum.* Verum ad rem propius accedens, duo praecipue, quae apud antiquos Patres, qui non semel populo hoc argumenti genus proposuere, reperiuntur, pertractata. Unum est ad deterrendum peccatores: melius enim, ut communiter dici solet, metus vineam, quam vinitor ipse custodit. Alterum vero ad consolandum iustos, et eorum animos magis, ac magis ad virtutum studium excitandos: in primo tractatur a Patribus de eorum, qui salvantur, pacitate; in secundo, quod nullum eorum, qui ad rationis usum perveniunt, reprobatur Deus in aeternum puniendum, antequam arbitrii sui liberi abusu iniquitaret; sed delicta, eorumque opera mala causam aeternae damnationis eis praebent. Ut ergo iam primum aggrediamur, divus Lucas Evangelista (c. 13) refert inveniem quendam ad Christum accedentem interrogasse: *Domine dic mihi si pauci sunt, qui salvantur?* Cui ait Christus: *Contendite intrare per angustam portam, quasi in memoriam revocans id, quod iam dixerat (Lucas 18): Lata porta, et spatiosa via est, quae ducit ad perditionem, et multi intrant per eam; angusta porta, et arcta via est, quae ducit ad vitam, et pauci intrant per eam.* Alibi etiam sermonem ad discipulos habens, hoc idem his verbis conclusit (Matth. 22): *Multi sunt vocati, pauci vero electi;* quae quidem verba si de toto humano genere intelligamus, veritas fidei est catholica, et irrefragabilis; ex tota hominum universitate per multos esse reprobatos, paucos vero praedestinos: Ad quod respiciens Esdras, dixit: *Hoc saeculum fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos.* Egregiamque subicit similitudinem, quod quemadmodum universae terrae minima pars est, ex qua fit aurum; sic etiam ex universa natura humana praedestinatorum minima pars est. Verum quod huiusmodi Christi verba (Matth. 22): *Multi sunt vocati, pauci vero electi,* intelligi debeant de Christianis, gravissimum Ecclesiae Doctorum est sententia. Hinc sanctus Gregorius Papa (ho. 39, in Evang.), commentatus dicta verba, dicit: *Tremendum valde, fratres charissimi, multi sunt vocati, pauci vero electi.* Per vocatos autem intelligi fideles, ut ex contextu ipso satis liquet: unde sensus est, Christianorum multi sunt vocati, pauci vero electi. Origenes haec

eadem Christi verba declarans, ait: *Si quis consideret multitudinem eorum, qui in ecclesiis congregantur, et discussit, quanti sunt, qui convertentur, discipline audebit esse verum sermonem Dei dicentis: Multi sunt vocati, pauci vero electi; et s. Ioannes Chrysostomus (hom. 40, ad pop. Antioch.) hoc idem argumentum pertractans, haec memoranda verba protulit: Quot esse putatis in civitate nostra, qui sales fiant? Infestum quidem est, quod dicitur sum; dicam tamen, non possunt in tot millibus centum inveniri, qui salventur; quin et de his dubito. Quod si divinas literas consulere voluerimus, nulla, et gravissima testimonia hinc veritati attestari inveniemus. Sub illius enim figura ab Aegypto legimus sexcenta hominum millia praeter pueros, senes, ac feminas exivisse; et quavis singulari coeli aura adiuti fuere, nihilominus ex ingenti illo numero duo solummodo, Iosue, et Caleb in terram promissionis introierunt. Quid haec umbra praesignabit, nisi per multos ad coelestem Hierusalem esse vocatos: paucos vero in illam fore ingressuros. Paulo dicente (1. Cor. 10): *Haec omnia in figura contingebat illis.* In libro Iudicum sacra narrat Scriptura, quod ex viginti duobus hominibus militum, quos secum dacebat Gedeon, ferrenti solummodo ad pugnandum, ac victoriae corona fruendum electi fuere. Quod si figura figurato respondet, praesignat nec median Christianorum partem salvari: *Quin, et de his dubito,* ut dicebat sanctus Chrysostomus. Nec ignoramus angelum, ex divino praecepto civitatem Hierico destruente, solam domum Rahab intactam reliquisse. In Sodoma vero solam familiam Loth coeli ignis non absorpsit. Et ante haec omnia legimus in universali illo terrarum cataclysmo, atque inundatione, solum octo salvos factos fuere, ut dicit divus Petrus (1. Petr. 5): *Octo animae salvae factae sunt;* et subnecti, arcam haec Noe figuram quandam Ecclesiae fuisse, et intelligamus in ea multos esse reprobos, paucos vero electos. Testimonia, haec omnia veteris sum. Testamenti; verum si ad novum nos convertamus, ibidem quoque alia non minus clara ad idem reperiemus. In illa coenae parabola multi erant invitati, pauci vero ad coenam venerunt. Et ex quatuor partibus, quas divinus ille agriculator Christus in Ecclesia seminavit, tres infructivae fuerunt, et una sola pars ex quo fructum produxit. Magnus ille Ioannes Baptista praedicans Phariseis, reprobos palae, praedestinos autem tritico comparavit; significans, quod quanto plures sint palae, quam mundi tritici grana, tanto maior est numerus reproborum, quam praedestinatorum: *Cuius ventilebrum in manu sua, et permundabit arcam suam, et congregabit triticum suum in horreum, palae autem comburet igni incombustibili;* quasi diceret: accipiet Deus ventilebrum iustitiae suae, et messis tempore, in die nimirum iudicii, purgabit arcam suam, et granum praedestinatorum, et triticum iustorum purgatum in horrea coelestis patriae recondet; ad palae reproborum inferni belluis, et morti pascedas obficient, ad aeternique ignis fomentum faciet deservire: *Palae autem comburet igni incombustibili.* Sanctus Ioannes Apostolus (ho. vii, re-*

vel.) refert, se vidisse, exhiberi in divino tribunali processus causarum, cum hoc tamen discrimine, quod libri aperti sunt, et alius liber apertus est, qui est liber vitae: hoc est, quod reproborum libri multi erant, et praedestinatorum solum unus, quem *librum vitae* appellat. Quin et Ezechiel propheta testatur, se vidisse exentes quatuor angelos ad faciendam intercessionem magnam; vnum tamen ad signandum solum signaculo Thau eos, qui a morte liberandi erant. S. Paulus Apostolus multifariam, multisque modis haec nos instruxit doctrina; etenim (1. Corin. 9) salvis nostrae negotium antiquis illis Romanorum, Graecorumque ludis comparat, imitantium Herculem, quem referunt uno halitu centum viginti quinque passus confecisse: quod s. Paulus stadium appellat, ubi praemia quaedam currentibus proponebantur; et quamvis multi essent cursores, unus tamen bravium accipiebat: *Multi in stadio currunt, sed unus accipit bravium.* In Epistola etiam ad Romanos reprobos vasis luteae, praedestinos vero vasis pretiosae, aureis, et argenteis comparat: *In magna domo non solum sunt, vasa aurea, et argentea, sed etiam lignea, et fictilia; et quaedam quidem in honorem, quaedam in contumeliam.* Quis autem inficiabitur, non solum in suis aedibus, sed et in principum, et regum plura esse vasa lutea, et fictilia, quam aurea, et argentea? Non secus in amplissima hac Dei domo, ollae denigratae multae, ad coquendam carnem concupiscentiae suae villis bullientes, vasa lutea, abasa ornata, et pretiosa, vasa digna, quae in abaco Dei collocentur, perputa inveniantur. Idem d. Paulus in eodem capite aliquantulum inferius praemissa omnia clarius explicuit in haec verba: *Si fuerit numerus filiorum Israel, tanquam arena maris, reliquiae sales fient:* quod idem est, ac si dixisset, reprobis multi veluti arena maris, pauci vero salvabuntur, ut reliquiarum exigua esse solet quantitas. Ad cuius rei comprobationem vitae d. Bernardi scriptores referunt, in die sui obitus quadraginta tria hominum millia et vicia decersisse, et ex illis tres solummodo salvos fuisse, ceteros in aeternum comburendos, in profundum inferni barathrum detruendos. Demum adeo certum est, paucos esse electos, quod cum sacra Scriptura utitur duobus istis vocabulis, *paucos, et electos,* tanquam synonyma, et aequalipollentia ea usurpet. Unde ubi nostra vulgata legit: *Domine a paucis discede eos,* Paraphrasis Chaldaica interpretatur: *A iustis, et electis discede eos,* quippe in vocabulario divino idem sunt pauci, et electi. Unde etiam in sacris litteris reproborum non dicitur esse numerus: *Multiplacati sunt super numerum;* imo Spiritus sanctus infinitos eos appellat (Ecl. 1): *Stultorum est infinitus numerus;* secus autem de praedestinatiis loquitur: *Ece, ait (Sap. 5), quomodo computati sunt inter Alios Dei, et inter Sanctos sors illorum est.* Ubi autem computum est, ibi numerum necesse est esse. Unde Christus Dominus ait (c. 7): *Capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Et hinc intelliges illud Christi lamentum per prophetam Michaeam

(c. 7): *Vae mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumnum racemos vindemiae; non est botrus ad comedendum.* Dies iudicii quinque dies est vindemiae, et tunc Dominus convernetur, ita paucos esse racemos, quos colligit: *Sicut qui colligit in autumnum;* tunc enim perpauci botri inventiuntur, sarmenta autem ad comburendum permulta. Maledicti, o Christiani, si unus solum in hoc universo regno reprobatos existeret, omnibus nobis perhorrendum esset, et singuli cum discipulis Christi eis dicentis (Matth. 26): *Unus vestrum me tradet,* interrogare deberemus: *Namquid ego sum?* Ego non sum infelix ille reprobos? Verum cum non modo unus, sed multa reproborum millia sint, merito toto animo contremisere, poenitentiam peccatorum agere, vitam in melius commutare deberemus, imitantes divum Paulum, dicentem (1. Cor. 9): *Castigo corpus meum, et in servitum redigo, ne forte cum alio praedestinetur, ipse reprobos efficiat.* Manifesta hoc loco est d. Pauli sententia, hominis probationem a propria eius culpa dependere docentis: homo namque inordinatos suos non retrocensit appellitus, suae aeternae damnationis causam sibi subministrat. Atque hoc est alterum, quod pertractare polliciti sumus, non parum et iustus, et peccatoribus solatio futurum. Pro cuius quidem intellectui ex communi sanctorum Patrum, ac iam antiquorum, quam etiam neotericorum Theologorum sententia suppono, ex parte nostra ulnini praedestinationis effectus, quae est ipsius gloria consecutio, causam dari, operibus enim gloria informatis aeternam iustitiae coronam promeretur, teste d. Paulo (2. Tim. 4): *Reposita est mihi corona iustitiae.* At qui praedestinationis, quatenus includit vocatum, et iustificationem, sola divina bonitas, sola divina largitas, sola liberalitas et munificencia Dei causa existit, nullis ex nostra parte meritis attendis. Ad cuius rei probationem miruabo ex Ethnicis fictionem illam ingeniosam satis, qua ab innoquo Deorum pro insigni electam arborem, cuius singularem curam gerrebant; a love quercum, ab Apolline laurum, a Neptuno pinum, a Venere myrtum, a Ianoone iuniperum, fabulantur. Verum Dea Minerva electionem huiusmodi admirala, percontata fuit Iovem, qua de causa arbore adeo infructiferae Dii sibi elegerunt; cui Iupiter, ita a Diis factitium fuisse, ut ipsae arbore intelligerent, non ob earum merita, sed ex mera Deorum gratia, ac liberalitate in Deorum insignia fuisse electas. Hoc idem prorsus est, quod sanctus Paulus docuit, de praedestinationis, et divinae electionis causa loquens (ad Tit. 3): *Non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum misericordiam suam salvos nos fecit.* Unde ipse divus Paulus ad veritatem hanc comprobendam egregia quadam utitur similitudine (Ephes. 1) praedestinationem ibidem sortem vocans: *Sorte vocati sumus.* Egregia sane metaphora: tum quia, quemadmodum multis hominum millibus super vasis argenteis, aliisque rebus pretiosis sortem iacentibus, ut non semel felici vidimus tres, aut quatuor solummodo felici poterunt evadere, ceteris frustratis permanentibus; ita

nere, respondit senex (*ibid.*): *Hi sunt, qui ce-
nerunt de tribulatione magna venerunt non, ut
ampli, per montem argenteum, non per viam
delicias affluentem, sed per altissima, et tur-
bulentissima maria, indigne ventorum tem-
pestatibus compassata. Verum, hic attentius pen-
dendere oportet, quid est, quod binas faciens
Ioannes interrogations, unam: Qui sunt isti?
et alteram: Unde venerunt? secundae tantum-
modo senex respondet? Quidam opinantur, pri-
mae responsione, silentio praeterisse, ut no-
bis manifestaret, ad assequendas palmas in do-
mo Domini, sicut nihil nocet humilibus pau-
rentibus ortum, illa nihil prodesse ex illustri,
alque generosa prosapia originem ducere: cum
ergo per verba illa, Qui sunt isti? sanguinis
nobilitas, aut ignobilitas inquiri solent; id-
circo quaestioni primae minime respondendam
duxit. Cui congruit illud ipsius Antiqui, qui
si, Plutarcho (*in suis Apophthegmatibus*) id refer-
re credimus, adolecentulo cuidam, peccanti,
ut prout patris, sui claritatem sibi praemia
conferret, respondit: Ego adolescentem, non ob
parentum ingenuitatem, sed ob proprias eiusque
virtutes, munerata dare solent. Verum, re at-
tentius considerata, ego plane existimarem, ve-
nerabilem illum senem, duabus illis interroga-
tionibus unica responsione ingeniose satisfacisse.
Pro cuius clarior, intelligentia suppono,
quod quavis nonnulli existimant capropter
Sanctorum mortem, ab Ecclesia celebrari sub
nomine, natiuitatis, quod tunc ipsi mundo pe-
nitens moriantur, et Deo gloriosae vitae actu na-
scuntur incipiunt, nihilominus veritatem eam pala-
ria rationem, quod in domo Domini, nusquam
est, ut illa loquar, filius operum suorum,
et quia in ipsa morte incipiunt sapientia Christi-
anae nobilitatis, quam laboriosis operibus suis
comparaverant, aeterna possessione haereditas fieri:
ideo secundae interrogations, unde venerunt?
respondens, quod venerant ex magna tribula-
tione, ad primam etiam sufficienter satisfacit.
Quibus aperte docetur, nihil illustrius, nihil
nobilitus, nihil generosius, nihil laudem glorio-
sae esse, quam propriis operibus quemquam
clarum, et nobilem fieri. Haec facient verba
illa, Sapientis, ubi de summo Sacerdote tra-
ctans, dicit (*Sap. 18*): *In veste poteris, quam ha-
bebat, totus erit orbis terrarum: et parentum
magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant
sculpta. Magnam, et singularem quandam praer-
sedit difficultatem locus iste: nam in ratio-
nali summi Sacerdotis nihil aliud praeter duo-
decim tribuum nomina descripta erant. Quid
ergo est, quod ait, ibi quoque antiquorum Pa-
trum descripta fuisse gesta, maxime quod il-
la, per plura fuerit; petrae autem pretiosae pau-
cae, et parvulae adeo, ut ne per compendium
ibidem descripti, aut notari illa potuissent? Haec
sedit difficultatem ca. est, ni fallor, legitima re-
sponsio, quod in caelo: per rationale, pretiosis
lapidibus contextum significato, idem omni-
no sunt nomina, atque virtutes: etiam si, qui
in caelis nomina sua collocari mererent, et
ipse in eorum virtutis praemium, atque
mercedem obtinere, heroicis enim suis ope-
ribus nomen magnum sibi fecerunt. Unde dum
Salvator noster Christus discipulis suis praec-**

*dixit, multa, et aequae gravia, ab eisdem toleran-
da fore, dicebat (*Luc. 10*): *Guadele, quia no-
mina vestra scripta sunt in caelis.* Exultate,
quia istae vestrae omnium virtutes gloriosas,
atque aeternas, in caelis nomen vobis compa-
rabunt. Quia ergo in rationali erant scripta no-
mia illorum Patrum, qui suis gestis clara il-
la effecerant, idcirco ait ibi: magna illa eximi
sculpta fuisse. Si igitur illa se res habet, ma-
gna eorum est insania, atque dementia, qui
nullis toleratis calamitatibus, sed deliciis af-
fluente in caelos transire contentunt: si mi-
les sine filiis Ruben, et Gad, qui in terram
promissionis lacte, et melle manantem introi-
re desiderabant; Jordanis vero aquas pertran-
sire, ac inimicos expugnare penitus respuebant.
Illi procul dubio, quibus acerbitatum huius saeculi
undas transalandi animas defecit, quibus
virtus atque strenuitas efflorescit, ac indomitis
appellus coercedi non suppetit, ab illius altis-
simum aeternae beatitudinis montis ascensu, a
splendore illius pacifici Salomonis throno lon-
ge aberunt: cum ascensus illius sit sanguine
luctus (*Cant. 3*): *Ascensus purpureum.* Unde,
qui non solum usque ad sanguinem non resti-
terunt, sed carnis illecebris dediti, nunquam
sibi violentiam inferre noverunt, caelestibus
bonis minime fruuntur (*Matt. 11*): *Regnum cae-
lorum vis patitur, aut Christus Dominus, et
violenti rapiunt illud.* Videtur alludere ad ex-
pugnationis impetum, quo milites solent altis-
simam arcem, obbellatari invadere, ab illius
sanctis, alius sociorum humeris subnixis con-
spondit; alius lancea, alius sarissa deservit
quidam ex ascenditibus decidit, et grave vul-
nus sibi infligunt, alii depressi manus, aut
cruris fractionem patiuntur, et omnes immu-
ris vitae discrimenibus se exponunt. Haec est,
fratres, coeli expugnatio, haec caelestis Hieru-
salem debellatio, quam sancti velut strenuis-
simi milites exercere, Machabaeum enim legi-
mus capitis caele expoliatum: *Cute capitis
abstracta.* Bartholomaeum totius corporis sui pel-
le nudatum: Andream cruce scalae confectis:
sanctum Laurentium ignis calore combustum.
Tandem ut ait Paulus (*Hebr. 11*): *Alii luctura,
et verbera experti, insuper et vincula, et carce-
res, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in
occisione gladii mortui sunt, etc.* Et, vos nihilomi-
nus nullis toleratis corporis, aut animi la-
boribus voluptantes, et bibentes, ac huiusmodi
de voluptatibus, et deliciis affluente in caelos
conscendere posse existimatis; toto, mihi crede,
coelo aberratis, vestra vos fallit opinio.
Sicut enim si ad mercatorem aereas, pergra-
tula tibi erit, si eodem quo intims amicis
pretio merces tribuit, eas tibi vendiderit; et
perperam tibi persuaderes eadem viliori tibi
emendas, quam illis; non secus fratres cum
vitam aeternam, qua intimi Dei amici fruuntur,
famam, et sitis, ludibriumque, et verberum,
carcerum, et persecutionum pretio sibi em-
runt, atque comparaverint, stultum sane est,
nedum velle, sed cogitare eandem vobis viliori
pretio dandum: mihi crede, satis erit, si
eodem pretio, quo charissimis suis amicis, im-
mo et Filio suo nominis exaltationem, vobis
animae, et corporis gloriam concesserit.*

Et duxit illos in montem excelsum suoruni.
Eduxit Christus discipulos suos ab huius mundi
tumultuantis fragore, eosque ad locum soli-
tarium, et desertum duxit, ut ibidem illius
gloriae maiestatem liberius contemplerentur.
Vetustissima Dei consuetudo est, si ita fas est
loqui, familiares suos in solitudinem, locaque
deserta segregare, ut abditissima caelestium
rerum arcana eis aperiat, et singularia quaedam
beneficia conferat. Patriarcham Abraham a
patria sua, ac consanguineorum coetu evoca-
vit, ut nullarum gentium patrem illum con-
sisteret. Etiam ad interiora deserti ingredi
praecipit, ut ibi pectoris sui secreta ei reve-
leret. Prophetam Elias non absque solitudi-
ne ad Jordanis fluvii ripas degere voluit; ibi-
que prophetium spiritum eidem infundebat.
Salomon, et utriusque s. Ioseph grandia my-
steria cum revelavit hominum consortio nu-
nime utebantur, hoc est, in somnis apparuit
Illum etiam Sponsi ad Spoisam (*Cant. 2*): *Ve-
ni columba in foraminibus petrae, et in
caverna uacinae.* quid aliud praesertim, quam
ipsam a mundi hominumque convicto extra-
here velle, et ad solitudinem invitare? ad quam
se illum ducturum per Oseam potestatur (*Os. 2*):
*Eccc ego laetabo eam, et ducam eam in solitu-
dinem.* Nulla aptiori metaphora explicari pos-
set, quam Deus animae in solitudine, ab
humana consuetudine se abdicant, beneficia
conferat quam per lationem. Si enim Chris-
tus Dominus animam laetavit, ergo nutritus
est, ergo illam cibavit, passit, augmencavit, ergo
militis osculatur, ergo blanditur, ut dormiat,
et dormientem assistit; ergo in brachiis suis eam
sustinet, et ab adversis protegit, atque custo-
dit; haec enim cum propria sint matris vis-
cibus, manifestum est, quod hoc manere fungens
plene eis omnia satisfecit. Est tamen obser-
vandum iuxta praedictum locum Osee, quod
et hinc argumento non parum congruit, quod
ubi nostra vulgata legit, *laetabo eam*, alii ven-
tunt, *seducam eam*, quorum fundamentum est,
quod laetis originem habet ab antiquo illo ver-
bo, *laetis*, cuius nomen Sixtus Pompeius (*lib. 10*),
laetis in fradem, id est inducit; in quo
sensu sacra Scriptura ait (*Psalm. 16*): *Vir
iniquus laetatur amara suam*; id est, *seducit*: et
ubi nostra vulgata legit, *Factus est Ephraim,
quasi columba seducta*, d. Hieronymus testat-
ur iuxta Hebraeorum originem, Symmachium,
et Aquilam vertere: *Factus est Ephraim sicut
columba laetata.* In hoc ergo sensu dicens Deus,
Ego laetabo eam, et ducam eam in solitudinem,
perinde est, ac si diceret: mundi cultores eos de-
ceptos ac seductos vocitant, qui divitias, et opes
pro paupertate, honores pro contemptu, laeta,
atque opipara convivio pro ieiunio, regales curias
pro deserti solitudine deserant; si haec est de-
ceptio, ego sum qui decepi eos, sed non aliter
quam Israelitis, qui ab omnibus unanimi con-
sensu pulsantur a Deo decepti, et in deserti
solitudine seducti; sed exiit rei falsam ac
mendacem eorum opinionem commonstravit,
cum ibi dulcissimum illud de coelo manna eis
misit; ibi et petra virga percussa dulcissimos
fontes scaturire fecit; ibi coelum terrimas
columas pluebat; ibi eorum vestes non atte-

rebantur: *Vestimenta vestra non sunt attrita;*
ac tandem ibi innumera alia receperunt benefi-
cia. Huc etiam facit insignis illa historia ne-
mini certe ignota, sed praesenti argumento con-
sentanea valde, cum Eliseus abenti magistro
suo Eliae dixit (*4. Reg. 2*): *Ostendo, ut fiat in
me duplex spiritus tuus: cui ipse respondit,
rem difficilem postulas: attamen si videris me,
quando tollar a te, erit tibi, quod petisti.* Pro
huius loci facilliori intelligentia opus est prius
nosse, quid sit illud, quod postulabat Eliseus.
Quidam dicunt non adeo arrogantem Eliseum
fuisse, ut duplicem Eliae domini sui spiritum,
hoc est in duplo sibi dari efflagitasset; sed
postulabat spiritum non simplicem, sed dupli-
cem, qualis erat ille Eliae, qui non solum
propheta, sed et portentosis miraculis insignis
erat. Alii autem, ut Ahrasensis, et nonnulli
eius opinionio adherentes sunt, Eliseum tanto
ac tam ardenti omnibus beneficiis desiderio
aestans, ut Eliam deprecaretur, in po-
pulo maiorem, quam ipse habebat, miraculo-
rum gratiam sibi impetrare vellet: quod pro-
cul dubio, si rem attentius perpendimus, re-
vera impetravit: si enim Eliae spiritum viduae
susceperat, hoc expandit se, atque mensus est su-
per praerum; Eliseus autem bis tantum incubuit
super aliam praerum defunctam, et continuo
revocavit illum ad vitam; et si Eliae vivus sus-
cepit mortuum, Eliseus mortuam mortuum
quendam susceperat. Prodigium sane haec sine
inadmittit: si Eliae maxima sterilitate popu-
lum praesente pluerat a Deo obmittit, septies
pro ea rogavit Dominum, at Eliseus semel tan-
tum petiit, ut disceret quidam pueri illum il-
ludentes, ab ursis dilaniarentur, et confestim
descenderint trucidenti ursi, qui illos in tra-
sta conciderunt. Inque iametsi Deus ad mis-
ericordiam praerum sit, quam ad iustitiam exer-
centiam, Eliseus tamen oratione sua magis
tunc movit eum ad iustitiam, quam Eliae ad
misericordiam. Cardinalis Caietanus aliam viam
ingressus est: pro cuius intelligentia suppo-
nendum est, quod tunc antiprii illi Patriarchae
ex hac vita migrabant, variis benedictionibus
illius consolabantur, primogenitum autem du-
plici donabant benedictionis charismate: pos-
tulas igitur Eliseus duplicem spiritum sibi
dari, cupiebat, ut Eliae filius sui spiritualibus
benedictionem daturus ceteris cum praeretur,
sibi que, ut Ioseph Beniamin, duplicem portio-
nem impertiret. Atque haec Caietani expositio
videtur satis praedicto loci consentanea. Agrifa
igitur petitione Eliae, responsione illi ab
Elia datam ad rei nostrae propositum dili-
gentius examinemus. Dicebat enim Eliae (*4.
Reg. 2*): *Rem difficilem postulas: attamen si
videris me, quando tollar a te, erit tibi, quod
petisti; si autem non videris, non erit.* Huius
mysteriosae conditionis causam investigans eam
solum reperio, quod ipse Deus, ut tunc singu-
lari favore, gratiaque Eliseum afficeret, ab eo
postulata concedere, non solum eum ab huma-
no convicia, et saeculi huius vanitate avul-
sum, et in penetrabilis deserti degentem, sed
quod a se ipso se subduceret. Quod in hunc
modum contigit. Anima Eliae amoris igne
aestans, Eliae curram sequabatur, adeo ut

quanto alius ille ferebatur, tanto Elia anima per mentis excessum, quasi mortale corpus destituit, levabatur: unde cum nudissimam vidit Deus eius animam, et terrenis affectibus exutam, iussit Eliae, ut et pallium dimitteret, qui enim se ipsum terram incolens, terrestribus spoliis affectibus, aequum est a caelo coelestibus indii charismatibus. His, et similibus beneficiis Deus prosequitur eos, qui illius amore capti in solitudinem secedunt; et merito quidem; quia cum homo natura sua animal sociabile sit, necesse est solitariam vitam agentem, interruptam naturae vim atque violentiam semper inferre, quod valde prodigiosum et portentosum est, ut dixit David (Ps. 145), nam ubi vulgata nostra legit: *Venite, et videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram*; Originale Hebraicum habet: *Videte, quae posuit solitudines super terram*; quae lectionum diversitas aperte nos docet idem esse vitam solitariam, ac prodigiosam. Inter alias autem magi momenti utilitates, quas huius vitae conditio parit, cum non minorem arbitror, ob quam in illud vitae genus nos patri trahuntur, nimirum, quod de obtinenda aeterna salute securiores redduntur, ut verba Paraphrasis Chaldaei perspicue indicant: nam in commentario illorum verborum: *Ece elongavi fugiens, et mansi in solitudine*, ipse ait: *Ece longe fugiam, conabor in deserto, semper festinabo, ut saltem a spiritu tempestatis*. In huius rei figuram legitur in Apocalypsi, quod cum mulieris illius partum draco ad eum deglutendum expectaret, ille solitudinis, ac deserti remedio utens, ad illud convolvans, ac deserti immanis illius draconis liberatus est. Id imitulos videmus Antonius, Paulus, Marcellus, Pachomius, Hilariques, tot anachoretas, tamque innumeros eremitas, qui Aegypti, et Thebaidis asperissima deserta incolere; nec non etiam nostris temporibus patres Carthusiani, Camaldulenses, et non pauci Benedictini eremiticae vitae amatores, in perpetua solitudine ab humano convicta semoti, contemplationi praecipue, et actioni vacant. Hi sane internis fidei oculis per totum orbem terrarum expansa illa daemonis retia videntur: quorum meminit magnus ille pater S. Hieronymus (in reg. monach.), de periculo habitandi in urbe, ubi inquit: *In urbe canae sunt aeternae, quibus etiam et rigillissimi molleantur, et sireno cantu ad naufragia pertrahuntur*. Patres illi, ne in huiusmodi incidenter laqueos, in deserti solitudinem recesserunt, cantantes cum propheta David (Ps. 123): *Laqueus contritus est, et nos liberati sumus*: quibus omnibus consonat testimonium aliud Davidis (Ps. 73): nam ubi vulgata nostra legit: *Ne tradas bestiis animas confidentes tibi*, alii transferunt: *Ne tradas coetui hominum animam, turturis tuae*; quasi dicat: ne tradas humano consortio, et conviciis animam, solitudinis, et compunctionis instar turturis gemitibus amantem. Itaque pro eodem accipit haec versio cum hominibus convictum, et cum iraculentissimis bestiis societalem; et merito quidem, quia, ut velis pro verbum habet: *Homo homini lupus*. Scio alios dicere, homo homini leo; sed errant sine da-

bio, quia inter leones lupina illa crudelitas, ut tempore famis lupus lupum interficiat, et comodat, a leonum generositate aliena est: ad quod alludens proverbium illud ait: *Homo homini lupus*. Tandem doctrinam singularem S. Gregorii (lib. Moac. 33. c. 3), solitudinis amatoribus utilem valde, hoc loco minime praeteribis; ait magnus iste Pater, parum professe corporalem solitudinem, quando deficit spiritualis; qui namque corpore solitudinem incolunt, mento vero, et affectu curias principum sectantur, in solitudine minime degunt. *Quid prodest, ait, solitudo corporis, si deficit solitudo cordis? qui enim corpore remotus vivit, sed tumultibus conversationis humanae, terrenorum cogitationibus, se inserit, non est in solitudine*.

Et dicit illos in montem caelestem. Consideranti mihi, aliisque contemplati transfigurationis Christi locum, qui iuxta communem Patrum sententiam erat mons Thabor, occurrerunt verba illa Iohannis (c. 3): *In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolteret opera diaboli*. Inter quae turpissimum illud fuit, et hominibus valde nocivum, quod laqueum quandam in monte Thabor tetendit, ut multorum ibi animas irreiret, iuxta illud Osee (c. 5): *Audite, quoniam laqueus facti estis, et rete expansionis super Thabor, et victimas declinastis; ego eruditor omnium eorum*. Pro huius loci expositione observandum est, Prophetam hic in memoriam revocare exserendum, quod paterant facinus sacerdotis idolocum, dum, ut veri Dei colores, qui in vertice montis Thabor illum colebant, ab eo cultu, et religione avocare molientes, montem ascendebant, desiderantes sacrificia illa in suorum Deorum cultum intorquere. Videns igitur Christus Dominus daemone loco illum montis Thabor, abusum fuisset, ad illaqueandum animas, ut a vero Dei cultu eas averteret, ibi quoque laqueum gloriae suae expandit, ut omnes, suavissimo splendoris ac pulchritudinis suae cibo alecti laqueo illo capiantur, et daemone erubescens magno suo dedecore, et infamia in fugam detur. Demum congrue addendum facta videtur in monte Thabor transfiguratio, quia quemadmodum olim magnus serpens Melchisedech patriarcham Abraham belli labore, in quo reges quatuor expugnavat, defessum venientem, pane, et vino alaxat in monte Thabor excepit, et refecit, ut quidam attestantur interpretes; ita quoque Christus in eodem monte eos, qui ad adversus quoque sensus dimittant, et effrenatos animi appetitus compescunt, caelesti consolationis suae pane, et vino lactificat, ac aeternae gloriae praemio, et mercede laborum suorum proposita ad spem secum congregandi erigit: cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Explicantur verba illa sancti Matthaei: Et transfiguratus est; ac nonnulla huius mysterii singulares figurae afferuntur.

Inter quamplurima Dei Optimi Maximi aeterna memoria digna opera, tria apprimè prodigiosa esse reperio: figurationem eius, transfigurationem, et disfigurationem, si ita fas est loqui. Filium Dei, qui immo est substantiae Patris, figuram Dei habens, ut Paulinus verius ular, adeo expressam, ut ipse Philippo diceret: *Qui videt me, videt et Patrem meum*; cum figura haec substantiae Patris eximio adeo splendore fulgeret, ut humani oculi minime illam intueri valeret, opus fuit, ut ab eis perciperetur, hominis figuram in visceribus immaculatae Virginis assumeret, qua veluti velo involveretur: sic enim oportebat inaccessibilem illam lucem humanitalis involveris absconditam esse, ut facile humano intuitu spectari posset. Itaque aeternus Pater se ipsum in visceribus Mariae tamquam in limpidissimo quodam speculo intuens, figuram suam, hoc est Filium suum unigenitum, impressit; et quia figura a speculo colorem mutare videtur, ita ut pro diversitate coloris vitri diversum illa referat colorem, idcirco quia speculum thalamicum virginalis rubeae carnis erat, rubicunda inde prodit figura Patris, ut expresse dixit Sponsa (Cant. 5): *Dilectus meus candidus, et rubicundus*. Unde etiam quemadmodum in Christo duae continentur naturae, duae quoque in eo elucet figurae, Dei et hominis. Figuratus itaque Dei Filius semel in mente Patris, et iterum in ventre matris, hodie in monte Thabor se transfiguravit, deinde in monte Calvario se disfiguravit, ut ita loquar. In Thabor enim eius facies solis instar resplenduit, in Calvario paluit: in Thabor fulgentissimis amictus vestibus, in Calvario denudatus: in Thabor inter duos Ecclesiae principes, in Calvario inter duos latrones: in Thabor vox Patris auditur (Matt. 17): *Hic est filius meus dilectus*, in Calvario Dei Filius esse negatur (Matt. 27): *Si Filius Dei es, descende a cruce*. Ac demum ibi adeo figura eius obscurata fuit, ut Isaias propheta diceret (c. 53): *Non est species ei, neque decor*. Iuxta haec igitur Christus Dominus figuratus, transfiguratus, et disfiguratus fuit: figuratio ad incarnationem, disfiguratio ad passionem, quae propria sibi vindicant loca, spectant; unde illis omissis de istantium agemus, quae ad gloriosam, ac celeberrimam Christi transfigurationem pertinent.

Et transfiguratus est. Gloriam splendorem, quae illius usque Christus Dominus continuatur in superiori animae portione, ne in corpore eius efflueret, nunc foras prodire concessit; quo adeo effulsi montis Thabor, ut maiori radiorum claritate quam quartum coelum, ubi splendidissimus Phoebus residet, emicaret. Carbunculus, seu pyropus lapis quidem est pretiosus, quem quidam fabulati sunt, animal quoddam in fronte pelle coopertum gestare, qui proinde tunc non emicat, verum cum in eminentem locum, aut montis alieuius verticem conscendit, pariem illam pellis, qua tegebatur, elevat, et confestim lotus mox singulari quadam luce perfunditur. Pyropus iste resplendens beata Christi anima est, quam tamquam lapidem quandam pretiosum mortalis corporis pellis contegebat, et ideo emicare non videbatur; hodierna autem die in montis Thabor caeuem Christus ascendens, quasi elevans pellem, tot claritatis, et splendoris radii prodire, ut non solum sacrum eius corpus, sed et universum montem coelo rutilantem, et fulgentiorem redderet: unde quemadmodum fluminis impetus artificiose reprimitur, aemul- tis impeditis celum cursum retardantibus, aqua libentius, et abundantius erumpit; ita cum splendor radii in gloriosa Christi anima retenti delitescerent, cum primum foras egrediendi facultas eis concessa, quasi certatim ad illuminandum sacrum illud corpus confluerant. Accidit etiam hodie Christi Domino, quod nobili viatori, qui dum itineri se accingit, viatoris more induitur; ornatiores vero vestes hippopera inclasas secum fert; at si forte in medio itineri, publico aliquo spectaculo omnibus conspicuum interesse contingat, ornatio illa vestimenta ex hippopera extrahens indidit: ita Christus Dominus, qui alloqui beatus erat, tamquam viator in hac vita degebat, dum in caeterum suum conficeret, vestimenta viatoris induebat corpus mortale, et inglorium; at dum se magnis illis principibus Moysi, et Eliae videndum obtulit, quos ad solemne illud montis Thabor spectaculum vocaverat, splendoris, et gloriae vestibus, quae in beatae eius animae hippopera delitescerant, sacrum illud corpus induit. Evenit etiam Christo Domino, quod viatori peregrino, qui flumen transiit, ne vestes maderant, eas colligit, et complicit, cum primum tamen ad terram pervenit, eas solvit, et explicat; non secus Christus Dominus dum flumen laborum, et aerumnarum huius mortalitatis vitae pertransiit, cuius aquae adeo inundaverant, ut diceret (Psal. 68): *Intraverunt aquae usque ad animam meam*; vestimenta gloriae suae in superiori animae portione quasi clausa, et complicata relinquit; verum perveniens hodierna die in terram montis Thabor, illa explicuit, et expandit, ut sacrum corpus eius ornarent. Mysterium hoc contemplans cohibere me minime possum, quin in admirationem rapiar, ardentissimum Christi amorem perpendens, cum toto vitae suae curriculo ob nostram salutem, velut viator, sacratissimi corporis sui gloria privatus, ac veluti expoliatus existeret. Deus olim magna amoris erga populum suum indicia exhibuit, dum maris rubri aquas divisit, duos velut crystallinos ex eis muros conficiens, ut sicco pede transiret: soli tempore Isuae in medio sui velocissimi cursus sistere praecipit: voraces ignis Babylonie flammam, ne tres illos innocentes Azariam, Misaelem, et Abdemago absumerent, compescuit. At haec omnia nihil sunt, si cum signis amoris Christi conferantur: ipse continui, ac pressit torrentem gloriae animae suae, ad corporis val-

torrentem voluptatis (*ibid.* 33): *De torrente voluptatis tuae potabis eos*: quandoque tabernacula dilecta (*ibid.* 83): *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum*: ac demum non semel pacem illam vocat (*ibid.* 4): *In pace in idipsum dormiam, et requiescam, etc.* quo etiam nomine usus Isaias (c. 66) ait: *Eccc declinabo super eam, quasi fluvium pacis*. Ibi enim crudelis illud bellum, de quo d. Paulus (*ad Gal.*): *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem*, penitus terminatur, et pax totam animam incipit occupare: *Pax quae exuperat omnem sensum*. Sanctus Iohannes nuptias eam vocat (*Apoc.* 19): *Venerunt nuptiae Agni; et alibi Civitatem sanctam (*Apoc.* 21): *Vidi civitatem sanctam Hierusalem*. Doctissimus Boetius illam describens dixit: *Status est omnium bonorum aggregatio perfectus*. Quod et d. Augustinus (*lib. de moribus Ecclesiae*) aliis verbis docuit: *Vita beata est, cum id, quod est hominibus optimum, et amatur, et possidetur*. Christus quoque redemptor noster variis eam nominibus appellat. Apud s. Matthaum (*cap.* 5) mercedem copiosam vocat: *Eccc merces vestra copiosa est in caelis*: et (*cap.* 23) gaudium illam dicit: *Intra in gaudium Domini tui*. Apud Lucam coenam: *Homo quidam fecit coenam magnam*: et (*cap.* 23): *Paradisum voluptatum*. *Haerde necum eris in paradiso*. Apud Iohannem (*cap.* 14) domum: *In domo Patris mei mansiones multae sunt*: et (*cap.* 17) vitam aeternam: *Haec est vita aeterna, ut cognoscant te*. Apud Lucam regnum: *Ego dispono vobis regnum, ut edatis, etc.* Denique Ecclesia catholica a sancto Spiritu edocata vocat beatitudinem laetam perpetuam: *Et lux perpetua luceat eis*: laetam, tum quia fidei caliginem illuminat, et penitus evacuat, ut ait Paulus (1. Cor. 15): *Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est*: tum quia peccati tenebras secum esse non patitur. Perpetuam vero appellat, quia lux inextinguibilis est, et aeterna, animam impeccabilem reddens; et ideo subiungit: *Sanctis tuis in aeternum*. Ex hac multiplici aeternae felicitatis nomenclatura magnitudinem illius non nihil subodoramus. Odozaverat quidem propheta Isaias, qui considerans excellentiam gloriae, quam Deus iustus in praemium, et mercedem operum suorum daturus erat, dixit (*Isai.* 94): *Oculus non vidit, Deus, absque te, quae praeparasti expectantibus te*. Expectantibus ait infantem virginum illarum, de quibus d. Lucas (c. 12): *Expectantes dominum suum, quando revertatur a nuptiis*. S. Paulus commentans locum hunc Isaias (1. Cor. 2) subiecit: *Neque oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se*. Videns d. Paulus, quod ad ostentandas aeternae gloriae divitias affirmativa non sufficeret oratio, negativa usus fuit, sicut S. Dionysius ad Dei perfectionem declarandam: et ideo ait (*ibid.*): *Quod neque oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit*. Tribus utitur d. Paulus in his verbis omnium amplissimis mensuris ad explorandas caelestis, sive aeternae felicitatis divitias. Prima est oculi: *Quam neque oculus vidit, etc.* quae quidem capax adeo est, ut tametsi ingenti caelum, et*

terra intercapedine distent, tantaque sit unitus stellae magnitudo, ut universam longe superet terram; nihilo secius tamen caeli, planetae, et stellae exigua oculorum pupilla capiamur. Secunda mensura est auditus: *Nec auris audivit*. Haec est visu maior: usu namque non nisi praesentia videmus, auditu autem praeterita, praesentia, et futura percipimus. Unde d. Paulus eum organum fidei appellavit: *Fides ex auditu*. Tertia tandem mensura a d. Paulo de humano corde allata reliquas relatas longe antecellit: *Neque in cor hominis ascendit*: videmus namque quod in ictu oculi, immo et in momento, cordis cogitatio in caelum ascendit, et continuo ad inferos descendit, purgatorium visitat, et gehennam penetret, ad terram regressit, montes pertransit, maria navigat, per septem mundi regiones vagatur, errat per aëris sphaeram, et nubes transcendit, Planetas pertingit, angelos insequitur, mundi egreditur limites, graditurque per immensa illa imaginaria spatia, quae permulti referunt theologi, ac demum in unico instanti mille mundos fabricatur, nec quicquam invenit potest, quod aut naturalis, aut supernaturali lumine intelligere nequeat; et nihilominus supremam illam beatitudinem formalem, et obiectivam comprehendere minime potest: *Neque in cor hominis ascendit*. Concedit ergo d. Paulus tres istas mensuras, tametsi adeo ingentes, ad declarandum aeterni gaudii, ac beatorum felicitatis excellentiam nequaquam sufficere. Illud tamen nonnihil excellentiam eius videtur exprimere, quod David desiderio eius accensus, dixit (*Psal.* 16): *Satiabor, cum apparuerit gloria tua*: quasi diceret: Domine quamvis adeo capaces, ac spatiosi sint animae meae sinus, ut neque universa elementa, neque caeli, neque angeli, neque omnes creaturae praesentes, et in futurum creandae, immo et creati possibiles, implere eos ullo modo valeant; sola clara tui vultus visio, et ardentissimus tui amor eius capacitatem explere, et omni ex parte satiari possunt (*ibid.*): *Satiabor, cum apparuerit gloria tua*. Unde Sponsus in Cantici testatus est se esse ipsam satietatem: etenim ubi nostra vulgata vertit: *Ego flos campi*, exemplar Hebraicum legit: *Ego flos saturitatis*. Ad dicit quispian: Si per Ecclesiasticum ait ipse: *Qui edunt me, adhuc esuriant*, id est, qui cibo aeternae beatitudinis reficiuntur, adhuc esurient eius habebunt; quomodo nunc dicit, quod satiabuntur? si satietas tui est, ergo fames adesse non potest: vel si fames est, satietas non aderit. Respondeo hoc esse, quod aeternae illius felicitatis excellentiam prae ceteris declarat: fames enim duo continet, unum molestum, et ingratum; aliud gratum, et iucundum. Ingratum est, quod quamdiu durat, stomachus caret sufficienti alimento; gratum vero est, quod excitat appetitum. Unde abiit proverbium d. Bernardi: *Optimum condimentum fames*. Satietas similiter habet aliqd utile, et aliqd nocivum: utile est, quod indicentiae naturae satisfaciunt; nocivum vero, quod fastidium, et nauseam parit. Beatorum ergo felicitas eius est conditionis, ut ex satietate, et fame, quae optima sunt, nocivis dimissis, in unum copu-

averit: e fame comedendi appetitum et desiderium mutat (1. Petr. 1): *In quem desiderant angeli prospicere*. E satietate vero accipit explore, ac plene desiderio satisfacere. Et hinc est, quod Christus loquens de angelis custodibus, dixit (*Matt.* 18): *Angeli eorum vident semper faciem Patris mei, qui in caelis est*. Ad d. Petrus ait (1. Petr. 1): *In quem desiderant angeli prospicere*. Unde posset quispiam dicere: si vident, quomodo videre desiderant? nam quod possidentur, non desideratur. Utraque sane haec in visione beatifica coniunguntur. Satiat beatos, eisque plene satisfaciunt; et ex hoc fit, ut ab omni molestia, et anxietate liberi continuo quodam appetitu, et desiderio videnti, ac fructuendi Deo in aeternum, et ultra, avidissime trahantur: unde utroque bono, quod in fame, et satietate reperitur, feliciter potiuntur. Haec autem omnia, quae de aeterna illa beatorum felicitate hucusque fratres enarravi, si cum his, quae re ipsa beati experiantur, conferantur, longe illis inferiora sunt: unde unquamque beatorum merito sibi posse usurpare verba illa Sabae reginae, Salomonis maiestatem, apparatus, et magnificentiam domus illius intuentis (3. Reg. 10): *Vidi oculis meis, et probavi, quod media pars mihi nunciata non fuerit. Maior est sapientia, et opera tua, quam rumor, quem audivi*. Quamvis autem tanta sit aeternae beatitudinis praestantia, tantum aeternae gloriae pondus, nihilominus iustus minimus bono opere, etiam calice aquae sentiant porrecto, praemium illud ex iustitia promereri, ut loquitur d. Paulus (2. Tim. 4): *Reposita est mihi corona iustitiae*. Quod adeo verum est, quod si Deus pro minimo illo bono opere iusto donasset Croesi divitias, Romanorum Imperium, Alexandri regna, aut Hispaniarum regis innumeras Provincias, ad condignam illius mercedem minime sufficerent; immo quibuscumque aliis sibi donatis, dum Deus se ipsum videndum non exhiberet, inaequale illius operis praemium essent. Unde Deus se ipsum Abraham non exhiberet, quomodo fieri potest, ut tam parvi momenti opera tanti valeant. Varias huiusmodi catholicae veritatis rationes occurrunt. Prima est, quod Deus Optimus Maximus iureiurando pollicitus fuerat bonis Iusti operibus praemium hoc exhibere. Unde sicut laboranti in vinea, quamvis quatuor argenteorum merces sufficiens esset; si tamen piscicaris cum illo daturum decem, certe opera illius, si non ex se praecise spectata, ratione tamen pacti condigna est solutio decem argenteorum; non secus opera nostra, licet natura sua exigui praemii digna sint, et bonis temporalibus plene Deus ea remunerare potuisset; tamen ipse sponte sua voluit iureiurando nobis promittere se ipsum in illo rum mercedem daturum, secundum illud d. Pauli (*ad Heb.* 6): *Volens Deus ostendere haereticis immobilitatem consilii sui, pollicitationis interposuit iusiurandum*. Unde est quod cum Deus auctoritatem suam iuramento interposuerit, caelum, et terra prius dissolventur, quam illius pollicitatio, aut iusiurandum facile red-

datur: atque hinc opera Iusti bona, etsi exigua videantur, tanti valoris sunt, ut vitam promerentur aeternam. Secunda ratio sit, quia ob excellentissima Christi Domini opera Deus exigua nostra remunerat. Unde sicut solent Principes propter obsequia a patribus exhibita filios eorum beneficiis maximis afficere; non dissimiliter, cum Christo Patri nostro, sic enim Isaias eum vocavit, *Pater futuri saeculi*, nullum essentialis beatitudinis praemium ob heroicarum virtutum eius opera Deus impertiverit, animae enim gloriae quae naturaliter nonnihi hypostaticae debita erat, omnia eius merita antecessit, et independenter ab illis ei collata fuit: inde est, quod cum magni illius Patris insignia, atque memoranda opera nullam essentialis gloriae mercedem receperunt. Deus exigua quaeque filiorum illius obsequia aeternae beatitudinis praemio intuitu illius remunerat. Tertia, et postrema ratio est angelici Doct. s. Tho. felici Iustigino digna; ait enim: opus bonum alicuius illius, quamvis consideratum, a libero hominis ortu arbitrio, parvi momenti sit; tamen ut ex gratia Spiritus sancti procedit, magni valoris esse. Quod exemplo quodam huic argumento valde consentaneum facile intelligetis. Accidit non semel, ut vir illustris, ac nobilitate conspicuus cum infimae conditionis puella matrimonio contrahat, tunc filii qui ex ea nascuntur, quamvis ex latere materno parvae aestimationis sint; nihilominus tamen quatenus paternae nobilitatis radiis illustrantur, paternam quoque nanciscuntur hereditatem, perinde ac si ex illo solummodo processissent: ita similiter despondet se Deus animae, cui se spontum exhibet: *Sponsio te mihi in fide*. Cumque Deus, et anima velit spiritualia coniuges copulerentur, ut bonorum operum partus progignant, iuxta illud Isaias (c. 26): *Omnia opera nostra operatus es nobis*: et illud Pauli (1. Cor. 15): *Non ego, sollicit solus, sed gratia Dei mecum*: inde est, quod quamvis operum nostrorum partus, ut a voluntate nostra, velut a matre procedentes, exigui sint valoris, maximi tamen; ut a divino Spiritu, velut patre procedentes, etiam cum gratia, quam infundit divinus Ili Spiritus, sit aeternae vitae semen; consequens est, ut inde anima messem, et fructus digniternae gloriae colligat. Quam ille nobis semper donare, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.